



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qualiter sponsalia dissoluantur ob superueniens iuris impedimentum. Pun.
26.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

P V N C T V M X X V I .

Qualiter sponsalia dissoluuntur ob superueniens iuris impedimentum?

1. Ob impedimentum tantum impediens non dissoluuntur.
2. Ob impedimentum divisaens dissoluuntur ex parte innocentis.
3. Affirmant plures obligatum esse dispensationem procurare, qui impedimentum apposuit, Alij negant. Alij media via procedunt.
4. Eligitur prima sententia.
5. Satisfit fundam. opposit.

1. **E**t si aliqui Doctores, quos referit, & sequitur Gutierrez de matr. c. 3. num. 2. existimunt ob impedimentum tantum impediens sponsalia dissoluunt ex parte innocentis; verius tamen est oppositum: eo quod probabilissimum sit excepto religionis, & castitatis voto nullum aliud impedimentum ex his, qua tantum impedimentum noncupatur, matrimonium impedit, dispensationeque indigere, ut optimè Sanchez, lib. 1. disp. 5. num. 3. Coninch. disp. 2. 3. dub. 5. num. 3.

2. At si impedimentum sit dirimens v.g. affinitatis, vel cognationis, &c. soluantur sponsalia absolutum ex parte innocentis; quia impedimentum apponens satis sufficientem causam prestat innocentibz a sponsalibus resiliendi, reddens matrimonium impossibilem. Unde non tenetur admittere dispensationem, tametsi à nocente liberaliter offeratur, quia ius resiliendi acquisitum, vi benè aduerit Coninch. disp. 2. 3. dub. 5. concl. 2. n. 37. Ex parte vero apponens impedimentum, esti eo tempore, quo impedimentum perseuerat, sponsalia obligatio suspensa sit, ab ea ramè non est integrè solutus, sed sublatu impedimento per dispensationem tenetur promissi stare, si innocens voluerit. Quia ex quo non est, vt immunitatem à fide praefixa ex delicto acquirat contra Textum in c. 2. de translat. Pralat, sicut dixit Coninch. *sapra*, Thom. Sanchez, & Gutierrez statim referendi.

3. Difficultas est, An is cuius causa impedimentum contrahendum est teneatur dispensationem illius procurare alterio exigente? Affirmant indistinctè, abique villa limitatione Petri de Ledesma de matr. 4. 4. 3. art. causa 3. Ochagaviam quæst. 2. 3. eo quod ex iustitia tenebatur matrimonium contrahere, & consequenter impedimentum illi contrahendo non apponere. Ergo appositum obligatus est ex iustitia removere. Fillius eius de matr. cap. 3. quæst. 8. excusat ab hac obligatione delinquentem, nisi pars altera notabile damnum patiar ex matrimonii omissione. Et probari potest, quia dispensatio est quadam iuris lœlo, ad quam procurandam nemo videatur adstrictrus. Item est fauor, & priuilegium, quo nullus tenetur vi. Deinde ea quæ pendunt à voluntate Principis reputantur quasi impossibilia. leg. continuus 137. §. cum quis ss. de verbis obligacionibz, ibi: *vbi omnino conditio impleri non potest*, & si velit facere ei non licet, nullus momenti fore stipulationem, perinde ac si ea conditio qua natura impossibilis est in fera esset. Neque ad tem pertinet, quod ius mutari potest, & id quod nunc impossibile est, postea sit possibile fieri; non enim secundum futuri temporis ius, sed secundum praesentis estimati debet stipulatio: & alii probat Sanchez, lib. 5. de matr. disp. 5. num. 1. Media quia si procedit Sanchez, lib. 1. disp. 5. in fine, Aegid. Coninch. disp. 2. 3. dub. 5. num. 37. Gutierrez. c. 32. num. 2. & alij: affirmant namque sic impedimentum matrimonio promissio constituentem obligatum est illius dispensationem procurare si facile possit, hoc est absque magnis expensis, aliae gravi difficultate. Secus econtra nisi forte scima sub se matrimonii obtinendi deflorata esset, graueisque famæ iacturam paticeretur, nisi nuptiæ sequantur. Priorē partem probant, quia obligatio ex sponsalibus contracta virgē sponsum, vt saltem ea media quæ necessaria sunt, & facilitia ad executionem apponat: non vero virgē ad mediū extraordinaria, & difficilia apponenda. Exempli illius qui post votum castitatis matrimonium contrahit, qui non tenetur ingredi religionem, vt castitatem feruat, quia est medium nimis durum, & extraordinarium, ad quod assumendum nunquam est censendus obligatus quis, nisi expressè declarerit.

4. Ex his sententiis prima mihi verior apparer, nam qui voluntariè matrimonio contrahendo impedimentum apponit ius compatis latè tenet ergo illud reparare: At nulius alius modus reparacionis aptior est, quam si impedimentum tollat, tenetur ergo illum tollere, si potest: ac potest tollere dispensationem procurando, tenetur ergo illam procurare. Neque obstat, quod ea dispensatio imperanda sit magnis expensis, si ex expense solitæ sint fieri pro illius impedimenti dispensatione; eo namque ipso apponens iniuste impedimentum, & obligatus ex iustitia illud removere, obligatur eas expensas pro illius remotione facere, siquidem non

suppetit alia via prædictum impedimentum removendi, & ius alterius lesum reparandi.

5. Neque fundamenta opposita vrgent. Nam quæ insuorum Filliucci adduximus, probant procurandam non esse dispensationem, etiam si fœmina notabile damnum ex dissimilione nuptiarum paticeretur, vt intuenti costruire posset. Quare dicendum est per se neminem esse obligatum dispensationem legis communis procurare, eaque dispensatione & fauore vt. Secus vero per accidentem ratione aliquis dannatus, cuius reparatio eam dispensationem per se postulat. Neque ea dispensatio censenda est impossibilis, etiam si voluntate Principis pendeat, tametsi sit difficultas, ob cuis causam quasi impossibilis nuncupatur: & ad legem communem respondendo probare non posse esse stipulationem ex his, quæ ad huius executionem mutari ius requirunt, non vero probare non posse esse damnificationem, quæ ad prædicti iuri mutationem, seu potius dispensationem procurandam obligatur. Adde stipulationem absolutam esse non posse, bene tanca conditionata (lab conditione inquit) quod prædicti iuri communis relaxatio obincatur. Ad fundamentum vero Sanchez, & aliorum respondendo, ex lege sponsalium neminem obligatum esse, ad impedimenta dirimenti dispensationem procurandam; bene ramen ex iniqua, & iniusta impedimenti appositione, comparatione cuis dispensatio non est medium extraordinarium, sed ordinarium, & per legem quiritum.

P V N C T V M X X V I I .

Qualiter soluantur sponsalia ob defectum corporis, & animi?

1. Ob fecunditatem notabilem superuenientem dissoluuntur ex parte illius qui illeſus est.
2. Item ob paralyſim, lepram, alijsve morbum contagiosum.
3. Ob mortuū Gallicum superuenientem resilire potest qui sanus est.
4. Si sponsa tempore sponsalium pulcherrima extiterit, & postmodum fuerit deformis, negat Couarua. resilire post sponsum.
5. Verius censio oppositum.
6. Satisfit fundam.
7. Ob deformitatem animi sponsalia soluantur. Explicatur que in particulari casus.

1. **C**onstat ex c. quædam modum 5. de iure iurando secundum notabile superueniente defolii sponsalia etiam iuramento firmata ex parte illius qui illeſus est, quia in predicto Texu dicitur, promissio subintelligitur rebus in eodem statu permanentibus. Quare si aliquis ex sponsis oculos, aures, vel narcs amittat, vel aliquam aliam similem suppeditum paciat, potest illius ab sponsalibus resilire. Et hoc Texus in dicto cap. quædam modum videatur utriusque oculi amissionem exigere, siquidem in numero plurali loquuntur, ut placuit Paludan. in 4. dict. 27. quæst. 1. art. 3. causa 7. num. 2. Rectius Sanchez relatis disp. 57. numero 3. Gutierrez. cap. 32. num. 3. Basil. Ponce lib. 12. cap. 17. numero 4. Coninch. disp. 2. 3. dub. 8. num. 66. affirmante viuis oculi amissionem sufficiens, qui tenuerit grauius deformitas, & retum mutatio, quodque iudicavit lex 8. sii. a. part. 4. ibi: [si] alguno delito cecipiat.

2. Rursus ob paralyſim, lepram, alijsve morbum contagiosum optime polluit ex parte illius sponsalia dilatio, quia nemo praesumere potest voluisse se ad contrahendum matrimonio predicto morbo superuenientem, quia illæ obligatio ad rem summe difficilem, nec sub priori intentione comprehensam, vt deciditur in dicto cap. quædam modum, & dicto leg. 8. & tradunt omnes.

3. Ex his inferitur ob morbum Gallicum alteri supervenientem postle, quæ fauor est ab sponsalibus resilire; quia illæ infirmitate contagiosa, & qua horrorem cauta, & raro affectus sanitatem recuperat. Ste Nauarr. cap. 2. 2. num. 17. art. 6. Hennig. lib. 11. cap. 14. num. 6. Sanchez. lib. 1. disp. 17. num. 2. Gutierrez. c. 32. num. 3. Quinimum huius morbi vehementi fulpicio, esti non plene proberur, præstat sufficientem causam sponsalia dissolvi secundum Seraphinum, decisi. 111. n. 8. & 9. Riccius decisi. 2. 2. n. 4. in fine. Basil. lib. 12. de sponsal. c. 17. n. 4. quia sola ea fulpicio arcerit in principio à matrimonio contrahendo. Idem dicendum est de qualibet alia infirmitate incurabili, vt epilepsia; quia reddit matrimonium notabiliter difficultus, vt bene alii relatis Sanchez. dicta disp. 57. n. 2. Gutierrez. c. 32. num. 3. Coninch. lib. 8. n. 67. Sub predicta infirmitate anumerari debet oris graueolentia, quando arte Medicis subueniti non potest, quia pro mutua cobahabitione vix sustineri potest, indiciumque est cuiusdam habitudinis molestissimi morbi, vt constar ex leg. qui clarum. §. fin. ss. de difficultate editio, & tradunt Basil. Ponce lib. 11. cap. 17. num. 4. Sanchez & Gutierrez locis allegatis, & alij apud ipsos.

4. Solam